Scholar Commons
USF University of South Florida

University of South Florida
Digital Commons @ University of South Florida

Sacred Leaves Manuscript Collection | Community and Campus Partnerships

January 2001

Leaf with the end of the Second Epistle of Paul to the Thessalonians, and the prologue to and beginning of the First Epistle of Paul to Timothy Catalogue 12, Bible 'A'

University of South FloridaTampa Campus Library

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves

Recommended Citation

University of South FloridaTampa Campus Library, "Leaf with the end of the Second Epistle of Paul to the Thessalonians, and the prologue to and beginning of the First Epistle of Paul to Timothy Catalogue 12, Bible 'A'" (2001). *Sacred Leaves Manuscript Collection*. 46.
https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves/46

This Text is brought to you for free and open access by the Community and Campus Partnerships at Digital Commons @ University of South Florida. It has been accepted for inclusion in Sacred Leaves Manuscript Collection by an authorized administrator of Digital Commons @ University of South Florida. For more information, please contact scholarcommons@usf.edu.

de p[re]latis [illegible]

II
Obsecro igitur primum omnium
fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus
hominibus pro regibus et omnibus qui in
sublimitate sunt constituti ut quie-
tam et tranquillam vitam agamus in omni
pietate et castitate. Hoc enim bonum est et accep-
tum coram salvatore nostro deo qui omnes
homines vult salvos fieri et ad agnitionem
veritatis venire. Unus enim deus unus
mediator dei et hominum homo Christus Ihesus qui
dedit redemptionem semetipsum pro omnibus cuius
testimonium temporibus suis confirmatum est
in quo et positus sum ego predicator et
apostolus. Veritatem dico non mentior. Doc-
tor gentium in fide et veritate. Vo-
lo igitur viros orare in omni loco leuan-
tes puras manus sine ira et discep-
tatione. Similiter et mulieres in habitu
ornato cum verecundia et sobrietate or-
nantes se non in tortis crinibus aut au-
ro aut margaritis vel veste preciosa
sed quod decet mulieres promittentes pi-
etatem per opera bona. Mulier in silen-
cio discat cum omni subiectione. Do-
cere autem mulieri non permitto neque dominari in vi-
rum sed esse in silencio. Adam enim pri-
mus formatus est deinde Eva. Et Adam
non est seductus. Mulier autem seducta in pre-
varicacione fuit. Salvabitur autem per filiorum
generationem si permanserint in fide et dilec-
tione et sanctificatione cum sobrietate. III
Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat
bonum opus desiderat. Oportet autem episcopum
irreprehensibilem esse unius uxoris virum
sobrium prudentem ornatum pudicum hos-
pitalem doctorem non vinolentum non percus-
sorem sed modestum non litigiosum non cupi-
dum. Suae domui bene prepositum filios habentem sub-
ditos cum omni castitate. Si quis autem domui
suae preesse nescit quomodo ecclesie dei diligenci-
am habebit. Non neophitum ne in su-
perbiam elatus in iudicium incidat diabo-
li. Oportet autem illum et testimonium habere bo-
num ab hiis qui foris sunt ut non in
obprobrium incidat et laqueum diaboli. Di-
aconos similiter pudicos non bilingues
non multo vino deditos non turpe lucrum
sectantes. Habentes misterium fidei in con-
sciencia pura. Et hii autem probentur primum
et sic ministrent nullum crimen habentes.
Mulieres similiter pudicas non detra-
hentes sobrias fideles in omnibus. Dia-
cones sint unius uxoris viri qui filiis
suis bene presint et suis domibus. Qui enim
bene ministraverint gradum sibi bonum ad-
quirent et multam fiduciam in fide que
est in Christo Ihesu. Hec tibi scribo fili Thimothee spe-
rans me ad te venire cito. Si autem tardavero
ut scias quomodo oporteat te in domo dei conversa-
ri que est ecclesia dei vivi columpna et firma-
mentum veritatis. Et manifeste mag-
num est pietatis sacramentum quod manifes-
tatum est in carne iustificatum est in spiritu ap-
paruit angelis predicatum est gentibus credi-
tum est in mundo assumptum est in gloria.
Spiritus autem manifeste dicit quia in no- IIII
vissimis temporibus discedent quidam a fi-
de attendentes spiritibus erroris et doctri-
nis demoniorum in ypocrisi loquencium men-
dacium et cauteriatam habencium conscienciam pro-
hibencium nubere. Abstinere a cibis quos deus
creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fi-
delibus et hiis qui cognoverunt veritatem
quia omnis creatura dei bona et nichil reiciendum
quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur
enim per verbum dei et orationem. Hec proponens fra-
tribus bonus eris minister Christi Ihesu enutritus verbis
fidei et bone doctrine quam assecutus es. Inep-
tas autem et aniles fabulas devita. Exerce au-
tem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercita-
cio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia
utilis est promissionem habens vite que nunc est et fu-
ture. Fidelis sermo et omni acceptione dig-
nus. In hoc enim laboramus et maledicimur
quia speramus in deum vivum qui est salvator
omnium hominum maxime fidelium. Precipe
hec et doce. Nemo adolescentiam tuam contem-
nat. Sed exemplum esto fidelium in verbo in
conversacione in caritate in fide in castita-
te. Dum venio attende lectioni et ex-
hortationi et doctrine. Noli negligere gra-
ciam dei que in te est que data est tibi per prophe-
ciam cum impositione manuum presbiterii. Hec
meditare in hiis esto ut profectus tuus
manifestus sit omnibus. Attende tibi et doc-
trine. Insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum
salvum facies et eos qui te audiunt. V
Seniorem ne increpaveris sed obse-
cra ut patrem. Iuvenes ut fratres. Anus ut
matres. Iuvenculas ut sorores in omni
castitate. Viduas honora que vere vi-
due sunt. Si qua autem vidua filios aut ne-
potes habet discat primum domum suam
regere et mutuam vicem reddere parentibus.
Hoc enim acceptum est coram deo. Que autem vere vi-
dua est et desolata speret in deum et instet obse-
crationibus et orationibus nocte et die. Nam
que in deliciis est vivens mortua est. Et
hoc precipe ut irreprehensibiles sint. Si quis
autem suorum et maxime domesticorum curam
non habet fidem negavit et est infideli de-

Margin notes: ii. p. vi. — Ad Ro. xiiii. — 2 — 2 — Contra illos qui suis amicis [illegible] subvenire [illegible]

[illegible]